Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

indulgeat. potest intelligi de affectib' corporalibus. quia uerbi causa. ira. et concupiscentia. germen est corporis. huius germinis fructus. id est opus nobis rationabilibus. et bestiis tres communis est. Ita quando irascimur ad iusticiam. id est ad correptionem deliquimus. et eam ratione salutis et. isto fructu tres nos uescamur. et cib' nr iracundia corporalis efficit. per quam reprimimus peccatum. iusticiam reparamus. Et ne t uideamur hec de nro proprio sensu quam de diuine scripture auctoritate pferre. redi ad librum numeros et recordare quid egerit finees sacerdos. Qui cum madianite gentis meretrice cum israelita uiro sub oculis omium impuris uidisset inherere complexibus. ira diuine emulationis impletus. arreptum gladium utrumque pectus extegit. quod opus reputatum est ei ad iusticiam. dicente dno. Finees sedauit furorem meum et reputabit ei ad iusticiam. Iste igitur cib' ire tirenus nr fit cibus. cum eo rationabiliter utimur ad iusticiam. si uero irrationabiliter agatur ira ut innocentes puniat. aut efferuescat in eos qui nichil deliquerunt. iste cibus erit bestiarum agri. et serpentium terre et uolucrum celi. his enim et demones nutriuntur cibis qui malis nris actibus et pa[illegible] scuntur et fauent. In deum nam est huius opis cum innocente [illegible] frem ira decepit mundie. Similiter etiam de concupiscentia.. et de singulis huius seemodi affectib' sementium est. Cum enim concupiscit et deficit anima nra ad dim uum. nr cibus est concupiscentia. cum autem ut alienam mulierem ad concupiscendum uidemus. ut aliquid rerum proximi concupiscam. bestialis cibus efficitur concupiscentia. sic ex [illegible] emplo potest esse concupiscentia achab. et factum iehabel. de uinea nabathe iehrahelite. Obseruanda sane est scie scripture etiam in cautela ratione uerborum. Que cum de hominib' dixisset quia dixit ds. ecce dedi uobis omne semen seminans quod est super terram. et omne lignum quod est super terram uobis erit ad escam. de bestiis non dixit quia non dedi eis ad escam hec omnia. sed erit illis ad escam. ut secum spiritale ratione quam ex posuimus. affectus isti intelligantur homini quidem adoptam esse. per duci tamen adoptam. quod erunt etiam bestiis tres in cibum. Idcoque